Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Clamauerunt iusti et dominus exauditi eos et ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos. ps. Benedicam dno in omni tempore semper laus eius in ore meo. Gr. Gloriosus ds in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. v. Dextera tua dne glificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicos. Alla v. Letamini in dno et exultate iusti et glamini omnes recti corde. off. Mirabilis ds in sanctis suis ds israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus ds. co. Iustorum aie in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie iusti autem sunt in pace. In translacone sci nycolai epi.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdocii dignitas in eternum. ps. Misericordias dni in eternum cantabo. Gr. Inueni dauid seruum meum in oleo sancto unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. v. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla v. Iurauit dns et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. off. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. co. Ecce quinque talenta tradidisti mihi ecce alia quinque super lucratus sum euge serue fidelis quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium dni tui.

Laudate pueri dnm laudate nomen dni qui habitare du. frum. facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. ps. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in secl. Gr. Anima nra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. v. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nrm in nomine dni qui fecit celum et terram. Alla v. Laudate pueri dnm laudate nomen dni v. Sit nomen dni benedictum ex hoc nunc et usque in secl. off. Anima nra sicut passer erepta e de laqueo uenantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. co. Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dns. Benedicti abbatis.

Os iusti meditabitur sapiam et lingua eius loquetur iudicium lex di eius in corde ipius. ps. Noli emulari in malignantibus neque zelaueris facientes iniquitatem. Gr. Dne preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pciosso. v. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in secl. sci. Alla v. Mirificauit eum dns et ornauit eum stola glie induit eum. off. Posuisti dne in